



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

Oppositiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](#)

DE OFFIC. ORDIN. 29

etu Episcoporum : nec respectu delictorum , cum nec minor neque major imponatur pœna criminoso , contra §. quibus C. de no. cod. comp. &c. si Roman. 14. dist.

Decidendi ratio secundum Bonifac. fuit , ut amputaretur artogans audacia clericorum delinquentium , & similium , qui delinquare conabantur , & ut diœcesani circa punitionem iporum magis essent intenti , excitat eorum officium ut non sint negligentes sed vigiles, hæc tamen cle. secundum Ioannem An. & Fran. modicum proficere videtur , quia jus continet innovatum sine pænarum adjectione , quod sentit hic glo. prima , ad quod glo. supra eo compi. in cle. 1. de etia. & quali. Non obstat dubitandi ratio : quia per hoc secundum Bonifa. Episcopi magis erubescunt non puniendo delinquentes , quando vident eorum officium circa punitionem per se- dem apostolicam sp̄cialiter excitari. ad quod idem Bonifa. dicit supra eo : compila. cle. cum Ecclesiæ de etia. & quali. nec ignorantia eos possit excusare. 82. diss. proposisti 43. dic. c. si. ff. de jur. & fac. igno. l. regula. C. de ingen. & manu leg. 3. & ff. si quis orati. in bon. pos. servo. l. 2. §. in honorum.

OPPOSITIONES.

Opponitur primo , quod non tantum ad Episcopos sed etiam ad inferiores pertineat correctio clericorum , ut in c. irrefragabili in §. excessus supra eo. tit. & c. cum ad Ecclesiistarum eo titu. & in c. cum contingat. de fo. compe. Solutio glo. super verbo Episcopis solvit, dicens quod hic tex-

C

tus

30 REPETIT. CLEM. I.

tus procedit de jure communi , contraria
vero de jure speciali.

Dicit tamen Imol. post Paulum quod solus Episcopus est ordinarius in omnibus & super omnes post Papam in sua dioecesi , cum alij sumant ordinariam sub Episcopo , & si habeant correctionem , hoc est jure singulari. Et secundum eundem Paulum & Franciscum isti inferiores non possunt nisi ex privilegio exercere depositionem ab ordine , vel suspensionem perpetuam per id quod nota. 15 q. 7. cap. I. & sic videtur velle , quod quo ad alias poenias sit secus.

ii De hoc videlicet , an isti inferiores possint ex præscripta consuetudine sibi acquirere jurisdictionem merum & mixtum imperium , & potestatem excommunicandi , & generaliter de potestate & jurisdictione istorum inferiorum prælatorum , vide latissime per Sicul. in cap. præalleg. cum contingentia & aliquid in cap. cum Ecclesiarum allegato. & in cap. quanto supra eod. titul. per Dominicum post Ioannem Andream , in cap. cum Episcopus. eod. in 6.

iii Secundo opponitur quod hic præcisè , non debuerit injungi Episcopis , ut corrigant clericos Nam quandoque corrigere non possunt cum esse eti propter resistentiam correndorum. Solutio secundum Paulum & Franciscum quod , tenentur quatenus in eis est , quod si faciunt , mundæ sunt manus eorum à sanguine subditorum 40 dicitur. E phefisijs de regulis juris. c. pen. & Actuum 20. c. Solius est enim Dei viam hominis dirigere. 47 dicitur. necesse. Hinc dicit not. Ab. Sicul. in cap. ut clericorus

DE OFFIC. ORDI.

31

supra de vita & honestate cler. quod si clericus concubinarius efficeretur deterior, eo quod Prælatus non vult eum sustinere habere concubinam, quod tunc Prælatus tolerando eum ad tempus, peccatum non incurrit: nam quandoque minus malum sustinetur, ut majus evitetur 13 distinct. cap. duo mala.
33. q. 2. sive de conjugij, ad quod bene. fa. c. prodest. 23. qu. 5. ubi dicitur, sive plectendo, sive ignoscendo, id solum bene agitur, ut vita hominum corrigatur, & secundum illum finem debet Prælatus correctionem facere vel omittere. fa. cap. ipsa pietas. e. oav. q. 4. & in cap. commissiones 44 distinct. & in cap. ubi constituueretur. 50 distinct.

Tertio opponitur de l. 1. & per totum titul
de sen. pas. & re. C. ubi privilegium tribuit immu- 28
nitatem à poena. Solutio secundum Bonifac. ibi de
privilegio speciali & indulto post delictum com-
missum circa remissionem poenæ: hic de privile-
gio generali & ante delictum indulto.

Quarto opponitur de l. 2. C. qui res judi. non
no. juncta l. sanximus. de pa. de his que sunt à
majo. par. ca. cap. quæsivit. l. si quis suo ver. si C.
de inoff. testa. 24 qu. 3. cap. si habes. cum simili-
bus. Solutio secundum Bonifacium crimen unius re-
gulariter non præjudicat alteri ad punitionem, ut
in contrariis. Ad diffamationem vero sic quando
sunt aliqui ejusdem professionis, videmus enim quod
ex aliquorum dishonestate tota diffamatur universitas:
sicut ex delicto sacerdotum diffamatur Episcopus,
2. qu. 5. ca. si mala fama, ibi non vituperetur
ministerium nostrum. fa. cap. Iohannes in st. de Cle-
conjugat. & quod ibi notat Ioh. An. Sicul: & L-
mol,

vi

C 2

Quin-

REPETIT. CLEM. I.

32 Quinto opponitur de l. qui adem ff. ad leg. Corneliam de siccari. ubi delicta in totum puniuntur. Solutio secundum eundem Bonifacium ibi de strage multorum tractatur : quo casu severitati detrahendum est : maxime ubi scandalum timeretur si rigor observaretur : cap. ut constitueretur, cum sua gloss. so distinct. & cap. Latores, de cle. excommun. ministerian. Et ubi multitudo est in causa delicti : ita quod propter scandalum vel aliam causam parcendum sit multitudini, principaliores in delicto poena debent ordinaria puniri, & in aliis mitigatur poena, & hoc saepe fit secundum Sicul. in præalle. c. latores quando sit aliqua conjuratio seu proditio in civitate : in qua est multitudo ut principaliores puniantur poena condigna: & in alijs poena mitigatur. Alias autem ubi multitudo non est in causa delicti secus : ita eo in l. aut facta fin. & ibilate per Bar. ff. de pen. per gloss. in l. sicut ff. quod cujusque universitatis no. per Inno. in ca. gravem. de sen. excom. glo. in cap. sane de tempori ordi.

30 Sexto opponitur de l. absentem. ff. de penis. ubi delictum remanet impunitum lege permittente. Solutio viij secundum Bonifac. in casu dubij melius est nocentem absoluere & impunitum relinquere, quam innocentem condemnare. ut ibi fac. regula juris. Cum partium de regulis juris libro sexto. In casu vero certo punitio non differtur, nec remittitur : nisi ex certa scientia principis & ipsius indulgentia ut supra dixi.

31 Septimo opponitur quia legibus & non exemplis est judicandum, l. nemo C. de senten. in tit. generali. Solvit idem Bonifac. dicens quod poena quæ imponitur secundum leges, est exemplum juridicum & authenticum ad terrendum cæteros, ne ad similia prorumpant: quia simili poena punirentur, ut hic: ea vero quæ imponitur injuste, cæteros terrere non debet: quia in casu simili non venit imponenda, ut in contrario.

Odo

Octavo opponitur ad finem litteræ de l. i. & per totum titulum ff. etiam C. de pe. ubi poenæ imponuntur, ad punitionem delinquentium. Solvit idem Bonifac. dicens, quod poenæ imponuntur, & ad istum finem ut puniantur delinquentes. & ad istum, ut metu poenæ cæter terreatur, fa. l. i. C. ad l. Iuliam repertum, cum aliis superius allegatis.

Nono opponitur de l. ut virtutum præmia C. de statu & imagi. ubi quis efficitur bonus spe præmiorum. Solu-
tio secundum eundem Bonifac. quod & illa spe subditus
efficitur bonus, ut ibi & metu poenæ. ut hic juxta ver.
alle. oderunt. & de quo in l. i. ff. de justicia, & Iu. &
ibi. Bar.

His expeditis. Quia Guilh. & communiter Doctores post eum, hic querunt, quis exemerit Clericos à Iu-
risdictione Imperatoris, tum etiam quia in tertio nota,
dixi quod ista Clemens. intelligitur tam de privilegio fo-
ri, quam immunitatis personæ Clericorum: hinc occa-
sione sumpta, aliqua de tangentibus potestatem, quam
de jure laici in Clericos habeant, & è diverso de tangen-
tibus potestatem, quam de jure Clerici in laicos habeat,
in medium adducere decrevi, pro quarum evidentia
prius elucidat dum videtur.



C3

TRIA